

Ex Bibliotheca Hæred. Anisson. & Laurentij Anisson. Collegij.

R. P. M. F. BASILII  
PONTII  
LEGIONENSIS,

Augustiniani, apud Salmanticenses Primariæ  
cathedræ Moderatoris primarij,

DE  
SACRAMENTO MATRIMONII  
TRACTATUS,

*Cum Appendice de MATRIMONIO Catholici cum hæretico.*

Opus æquè Canonici & Civilis Iuris ac S. Theologiæ Professoribus  
utile ac necessarium

NUNC PRIMUM IN GALLIA PRODIT,

Summariis, & dupliçi Indice, uno Librorum & Capitulorum, altero Rerum & verborum,  
hactenus summè desiderato, illustratum.



LVGDVNI.  
Sumpt. Hæred. Gabr. Boissat, & Laurentij Anisson.

M. DC. XL.

CVM SUPERIORVM PERMISSV.



LECTORI  
BENEVOLO.



**F**XISTIMABIT fortasse aliquis frustra à nobis labore susceptum in tractatione de sancto Matrimonij Sacramento, cum in ea feliciter laborauerit Pater Thomas Sanchez. Tanti Patris diligentiam agnoscimus, laborem admiramur, veneramurque; sed validus iste messor reliquit nobis aliquas, quas colligeremus, spicas, sicut & nos reliquisse aliis certor tenemus. Neque enim omnia isto volumine potuimus comprehendere, quæ ad tractatum istum facere iudicamus. Multa quæ ingenij nostri tenues vires effugiunt. In multis etiam fortasse veritatem non attingimus, quamuis eius tantum assequendæ studio nullius gloriæ inuidi tenemur, & ob eam tantum comparandam laboramus. Mihi enim excellens studiorum meorum præmium visum semper fuit sola veritatis cognitio. Ea, in quibus cum isto Doctore convenimus, breuiter indicamus, eo citato, aliisque qui scripsere postea. Illa verò, quæ vel ipse aut nullo modo, aut leuiter attigit, aut in quibus ab illo dissentimus, latius examinamus. Nonnulla alicui extra rem fortasse disputata videbuntur; sed quia vel principia sunt, ex quibus in hac materia non pauca colliguntur, vel ex principiis traditis sequuntur, omittere non potuimus. Video enim hanc Moralia tractandi rationem placere multis: & quamuis mihi non nimis placeat, dicam tamen, si insipiens factus sum, vos me coëgistis. Magna rerum & doctrinarum varietate plena tractatio est, quæque Theologum, & in vtroque iure non parum versatum exposcit. An omnibus istis titulis satisfecerim, Lectoris esto iudicium, beneuoli, inquam, nam maleuolo quis placere audeat? Hæc accipe Lector, dum alia, quæ præ manibus habemus, non minori varietate referta, in lucem damus.

FACULTAS  
\* 2



LIBER PRIMVS  
DE  
MATRIMONII  
INSTITVTIONE,  
ET ESSENTIA.

**D**OCTRINAE ratio postulare videtur, ut explicemus primo loco, quae pertinent ad eas quaestiones, quas Philosophi vocant: An sit, & quid sit matrimonium. Cumque in matrimonio sit ratio contractus, & ratio Sacramenti, eius secundum utramque rationem quidditatem hoc primo libro explicabimus, ut postea ad alia transcamus.

CAPVT I.

De matrimonij varia appellatione.

S V M M A R I V M.

- 1. Commendatio matrimonij ex Iustiano, Iuliano, Leone Imperatoribus, & Ambrosio.
- 2. Varia voca matrimonij significatio.
- 3. Matrimonium & coniugium, & sponsalia, & nuptias vocari, reddere utriusque vocis rationem illustratur locus ex Genesi. Nuptiarum nomen sapè a matrimonio significatione dissipari.

**D**E matrimonio disputatori, non mitium si, vt ICC. solemne est, vniu-  
 querque iuris locum ferè orditi ab  
 etas commendatione, quam vtpluri-  
 mum ex utilitate ducunt, vt passim  
 videre licet apud Vlpianum, vetbi gratia, l. i. *D. de  
 minorib.* & l. i. *D. si certam petatur*, etiam nos librum  
 hunc, in quo de nuptiis, & matrimonio dictum sum-  
 mus, ab encomio, & laudibus argumnti tractandi  
 exordiamur. Quamquam & id argumentum eul-  
 modi est, vt se ipsum cuiilibet tacito naturæ sensu,  
 atque instinctu tant commendet, Iulianus qui-  
 dem *Novella 22. in principio*, hæc habet: *Si matri-  
 monium sic est honestum, vt humano generi videatur  
 immortalitatem artificiosè introducere, & ex filiorum  
 procreantione renouata genera manent, iugiter Dei cle-  
 mentia, quantum est possibile, nostra immortalitatem  
 donando natura, reddè nobis studium est de nuptijs.*  
 Similiter idem Imperator *Novella 39. in fine prom-  
 itty: Nuptiae* (inquit) *nihil est honorabilius utilius, tan-  
 quàm solis facere homines valentibus.* Conferantur  
 eum his aliorum quoque Imperatorum elogia, qui-  
 bus nuptias exortantur. Imperator Iustinus mi-

nor *Novella 1. in principio.* Nihil (inquit) in rebus  
 mortalium perinde venerandum est, acque matrimo-  
 nium, quippe ex quo liberi, omnisque deinceps soboles  
 series exiit, quod regiones atque ciuitates frequentius  
 reddat, inde denique optime reipublica conuentata  
 sit. Est hæc inter Iulianiani *Novella 140.* Sed te-  
 tè Caiacius tam adscribit Iustino secundo. Leo  
 Imperator, *Novella 111.* hæc de matrimonij lau-  
 dibus scribit: *Nihil adeò ad confirmatum genu hu-  
 manum esse necessarium, atque quod colla viri attribu-  
 tum est substantium, cum artifex idè, qui illud condidit,  
 tum ipsa natura donante attestatur.* Nuptia (in-  
 quit Ambrosius, & habetur in *cap. mortis 32. quest.*  
*1.*) terram repleat, virginibus Paradisum. Vt eum  
 idem Ambrosius ubi, *sup. lacrima.* *Divinum munus  
 est sacramentum paritatis.* Agant itaque paritatis gra-  
 tiam, quia generauerunt, filij qui generati sunt, nostras  
 quia coniugij precij honorantur. Verus in Dei lau-  
 dem terra, quia colitur, mundus quia cognoscitur, Ec-  
 clesia, quia deuota numero plebis augetur. Sed hæc  
 ad commendationem matrimonij potuissent suffi-  
 ciat, quibus etiam non pauca aliunde ab vnoquo-  
 que poterunt aggregari.

Matrimonium autem, de quo scitino instituen-  
 dus est, quandoque significat bona materna, vt ex  
 Valerio Maximo *lib. 7. cap. 8.* Seneca *lib. 1. de benefi-  
 cap. 3.* Sueton. in *Augusto* probat Boscholtus *Institur.  
 de nuptijs, in principio*, num. 1. Interdum etiam  
 maris, ac scilicet coniunctionem, de qua in  
 presentia agendum est, initio sumpto ab eius varia  
 appellatione.

Matrimonium ergo non vno appellatur modo. **1**  
 Coniugium dicitur, i. a *caligato milite*, C. *de nuptijs*,  
 quia duos sub eodem iugo perpetuo coniungat: à  
 copulando scilicet, quod coniungere Auctore Mar-  
 cello est copulare sub eodem iugo; vnde coniuges,  
 quod sit partes eiusdem iugi. *Fellus lib. 9. Matrimo-  
 nium à matre*, quia idè potissimum mulier rubat,



# APPENDIX

DE

## MATRIMONIO CATHOLICI CUM HÆRETICO.

Ad libri 7. caput 46. & 47.

**S**UPRA libro septimo, cum de impedimento disparis cultus sermo esset, egimus de matrimonio Catholici cum heretico, & nostram breuiter sententiam exposuimus. At quia ea, que ibi scripsimus, breuius scripta videntur, quam res ipsa postulat, licet pro eo loco satis dicta sint, placuit hanc appendicem addere maioris explanationis gratia. Sunt autem in hoc opusculo septem precipua examinanda. Primum, an sit illicitum matrimonium Catholici cum heretico? Secundum, an ita sit illicitum, ut in nullo caso liceat? Tertium, que sint causa, ex quibus eiusmodi matrimonia licere possint, & quando dicatur cessare periculum peruersionis coniugis Catholici, & que securitas exquirenda sit eorum, de quibus in hac re pactum interuenierit? Quartum, an cum periculo verosimili peruersionis coniugis Catholici possit ex magna causa tale matrimonium iniiri? Quintum, qua cura proli educanda in eo matrimonio desideretur? Sextum, an Pontifex dispensare possit, ut Catholicus copuletur matrimonio cum heretico, & quis sit eius dispensationis sensus? Septimum, quomodo celebrandum? Ubi agatur de forma, loco, ceremonijs, & intentione Catholici contrahendis.

### CAPVT I.

*Matrimonium Catholici cum heretico  
esse validum.*

#### SUMMARIUM.

1. Enuntiatio auctoris.
2. Casus non pauci.
3. Canonis VI. Synodi nullum esse auctoritatis, neque receptus ab Ecclesia.
4. Obstat videtur text. in c. sextato Synodum, 17. dist. sed refellitur.
5. Item c. habeo, 17. dist.
6. Auctoris motus de fide canonum VI. Synodi, & num. 7.
8. Hæreticus hic proprie quis.



**E**XPLICATVM iam est, quod ista cap. proponitur, supra lib. 6. c. 47. redigatur tamen in illa compendiam, addamque nonnulla, que propositioni disputantur deseruiant.

Hinc ergo enuntiationem statuo. *Matrimonium Catholici cum heretico non est irritum, sed iam ex malis temporibus valet in Ecclesia semel contractum.* Communis hæc Doctorum sententia est, quam communis sensus amplectuntur tam Theologi, quam Canoniste. Sic ex illis docet D. Thom. in 4. dist. 39. q. vnic.

art. 1. ad 5. quem ceteri sequuntur nemine dempto. Ex Iuris peritis gloss. in cap. non oportet, verb. hereticis 28. quaest. 1. quam sequuntur Iuris periti omnes, solum quatuor aut quinque exceptis, quos referam postea, eos omnes Doctores refert & sequitur Thomas Sanchez lib. 7. de matrimonio, disp. 71. mon. 1. qui apud illum videri possunt, ego enim nolo quenquam referre ex aliena fide. Idem postea docuerunt Ioannes Gutierrez de matrimonio, cap. 104. Agid. tom. 2. de sacram. disp. 31. dub. 3. conclus. 3. Cornelius à Lapide 1. Corin. 6. in fine. Regina id. 2. tam. praxi, lib. 3. n. 169. Filiucius tom. 1. summa, tract. 10. de sacrament. matrimonij, part. 2. cap. 6. quaest. 2. num. 219. & alij quos referre in re apud omnes ita recepta perpetuam videri possent. Suadet hanc communem receptam que sententiam primò text. in c. de creuit, de hereticis in 6. vbi Catholica nubens heretico priuatur quidem dote in pœnam delicti, non tamen separari iubetur, quo satis indicatur saponi quidem in eo textu valere matrimonium. Facit etiam pro hac parte, quod in omnibus Ecclesiasticis canonibus, in quibus ea coniugia interdicuntur, nullum est verbum de separatione eorum, quod quidem verosimile non est omnium à patribus, si ea matrimonia irrita iudicassent. Id constabit ex canonibus, quos postea referemus. Facit denique communis Ecclesie consuetudo, que sic interpretata est eam canonicam prohibitionem, & eam tantum vim habere declarant factò ipso, ut prohibita quidem sint, non autem irrita, nunquam enim legitur sic